

S. S. B.

# EDICTUM , SEU INDULTUM

SUPER RÉDITU

RELIGIOSORUM APOSTATARUM,

ET FUGITIVORUM

ad eorum cuiuslibet Religionem , ac Pœnarum,  
& Pœnitentiarum condonatione , necnon  
Transitu ad alium Ordinem.



GRANATÆ, ANNO M.DCCLIX.

---

Ex Typographia Hæredum D. Josephi de la  
Puerta, Calcographi Secretariæ Cameræ Illmi.

D. Dignitate Archiepiscopatu  
Granatenfis.



June 2nd 1861

--

19. *Leucosia* *leucostoma* (Fabricius) *leucostoma* (Fabricius)

卷之三

10. The following table shows the number of hours worked by each employee in a company.

19. *Chloris virgata* (L.) Pers. (Fig. 19).—A small grass, 1-2 m. tall, with culms 1-2 mm. thick, erect, smooth, with a few short awl-shaped hairs at the nodes; panicle 15-20 cm. long, narrow, spreading, with many spikelets; spikelets 10-12 mm. long, 2-3 mm. wide, with 3-5 lemmas; lemmas 5-6 mm. long, 1-2 mm. wide, smooth, with a few awl-shaped hairs at the apex.

10. The following table gives the number of hours worked by each of the 1000 workers.

# ANTONIUS ANDREAS

MISERATIONE DIVINA TITULI

S.PETRI AD VINCULA S.R.E.

PRESBYTER CARDINALIS GALLI SSmi. D. N. PAPÆ,

ET SEDIS APOSTOLICÆ MAJOR POENITENTIARIUS.



UM Sanctissimus Dominus Noster CLEMENS PAPA XIII. curas suas ad omnes ubique Fideles intendens , pro salvatori in iisdem excitanda pœnitentia; indicio , hoc primo sui Pontificatus anno , universali Jubilæo , Divina Misericordia thesaurus aperuit : speciale simul sollicitudinem , exemplo suorum

Prædecessorum , pro Regularibus Apostatis , & Fugitivis ad salutis viam in spiritu pietatis reducendis exercendam duxit ; Nobisque hanc suam voluntatem ad publicam omnium notitiam per præsens Edictum , seu Indulatum adducere , suæ vivæ vocis oraculo commisit , atque mandavit : attributa insuper Nobis hac super re necessaria omni , & opportuna facultate .

Nos igitur ; qui Pœnitentiæ ejusdem Sanctissimi Domini , & Sedis Apostolicæ curam gerimus , ejusmodi tam imperio , quam charitate Sanctitatis Suæ virgente , ac sponte etiam nostra , Regulares professionis suæ dessertores , ad suos cujusque Ordines , extra quos luporum rapacium insidijs , atque perienlis expositi misere vagantur , revocare cupientes , ejusdemque Suæ Sanctitatis memorata speciali Apostolica auctoritate muniti : Statuimus , atque decernimus , ut Regulares Apostatae , & Fugitivi , quorumcuunque Ordinum , vel Congregationum , Monasteriorum , Conventuum , Collegiorum , Domorum , vel Locorum Regularium ubique existentium , tali Mendicantium , quam non Mendicantium , etiam necessario exprim

monitorum , qui , circa montes intra sex menses , ultra montes intra annum , extra Europam intra tres annos , à die publicationis præsentium Literarum itineroandos , sua sponte ad suam quisque Religionem redierint , penitentiam omittant ipsi propter Apostasiam , seu Fugam hujusmodi inflictarum , vel infiigendarum remissionem , atque impunitatem assequiantur : ita tamen , ut debeant à suo quisque respectivè Superiori humiliter petere absolutionem , & coram eo culpam fateri , atque emendationem polliceri : & vice versa , Superior benigne illos teneatur ab hujusmodi penis absolvere , & paterna charitate complecti : cui proinde , ad effectum præmissum duntaxat , quatenus opus sit , omnem facultatem necessariam Sanctitas Sua impertitur . Sic autem absoluti juxta eorum penitentia fructus , & merita , etiam ad honores , gradus , locum , & voces referuntur : quin vlli licet eisdem objurgare anteactæ vitæ memoriam .

Quia vero audivimus nonnullos ex his adeo in profundum malorum misere cecidisse , ut non modo à propria Religione , seu Ordine , sed etiam à Fide Catholica apostataverint , vel se vtcumque hereticæ communionis contagione macularint : ut horum etiam saluti provideatur ; volumus , vt si intra prædictum tempus resipuerint , & ad fidem Catholicam , seu ad illius communionem reverti desideraverint , præsentent isti sese alicui , sive Nuntio Apostolico , sive Episcopo , sive Inquisitori , sive , si ad illos facilis non sit accessus , Vicario Apostolico , aut Præfecto Missionum , illius regionis , in qua degunt , quem ipsi elegerint , veniamque eorum eo humiliter petant , & omnes errores ab Ecclesia Catholica damnatos detestentur , abjurantque in forma solita ; & tunc ab eodem , ut supra , per ipsos electo à quibusvis sententijs , censuris , & penitentia Ecclesiasticis , salvo tamen jure Partium , & Fisci , quibus quonodilibet innodati extiterint , Apostolica auctoritate , quam Sanctitas Sua prædictis , & singulis ex speciali gratia ad hunc effectum impertitur , possint , & valent , salutari imposita penitentia , absolviri in com-

munionem Catholicam recipi , & ijsdem obrenzæ absolutoris ; ac remissionis literæ testimoniales concedi , quibus muniti ad propriam Religionem , seu Ordinem revertantur.

Inter Ecclesiasticas poenias comprehendimus irregulatatem quoque ob delictum contractam. Ab hac itaque si eam Apostatae , & Fugitiivi ex violatione dumtaxat Censurarum contraxerint , absolví poterunt , salutari imposta poenitentia ; à proprio Superiore , postquam ad Claustra redierint. Si vero in illam incident , nos solum ex violatione Censurarum , sed etiam propter lapsum à Fide , & à communione Catholica ; ab eodem illo dispensari possint , & valeant coram quo ; vt supra , se præsentaverint , & à quo ad Catholicam communionem recepti fuerint : suspenso tamen exercitio Ordinum , dum extra Claustra permanserint , & Religionem ingressi non fuerint. Irregulares autem ex alijs delictis , præter expiæ , ijsdem irregularitatibus maneat obnoxij ; nisi pollea ab Apostolica Sede ob correctos , & emendatos maxime mores , secundum Ordinariorum , & proprij eujusque Ordinis Superiorum attestationes fuerint dispensati.

Non raro contigit , vt Apostatae , seu Fugitiivi , non solum defectionis ab Ordine , vel etiam à fide sint rei , sed ante defectionem , vel post illam , alia patrarent criminia , ob quæ à Religione , si ad eam revertantur , gravibus poenis puniri debeant , quarum timore à reditu retrahuntur. His profecto plenam ab hisce pénis immunitas tem polliceri non possumus , ne immoderata pietate delicta foveantur. Noverint nihilominus , nos perperuam Officii nostri cōmiserandi propœcium custodientes , paratos esse hanc nobis curam sumere , ut quoad hæc quæ criminia , si ea nobis sincere patescerint , poenas ipsius debitas unâ cum Superioribus Regularibus expendamus , efficiamusque , ut eisdem discreta moderatione componantur , & temperentur. Qua in re de Regularium Superiorum pietate juremeritis confiditus , ipsos nobis adjurices manus praestacuros : presertim cum ad afflictum pœnitus

Indulti ; qualem Sanctissimus Dominus pro suo zelo , & clementia exoptat , assequendum , specialem in hac parte facultatem nobis Sanctitas Sua communicare dignata sit.

Quod si qui ex prædictis Apostatis , seu Fugitivis , sive à proprio tantum Ordine , sive etiam à Fide , ad aliam potius Religionem transire , quām ad propriam redire cupiant : sistant se isti coram Ordinario loci , sive alio ex prædictis Superioribus , à quo , præmissa absolutione , ut suprā , competens terminus quatuor mensium à die absolutionis inchoandos , ad inveniendos benevolos Receptores , concedatur , quo termino durante , ne vagi discurrent , sub obedientia ; dilectione , & respective iurisdictione illius , & ab exercitio Ordinum , quos receperint , suspensi permaneant : ab eodemque postquam benevolum Receptorem invenerint , permittatur prædictus transitus ad aliam Religionem , etiam laxiorem , dummodo in ea Claustral , & Regularis observantia , etiam quoad Translato , vigore dignoscatur. Non permittatur tamen transitus ad Ordines Hospitalares ; & Militares ; quamvis in istis Claustral , & Regularis observantia vigeret , nisi forte ad Ordinem S. Joannis de Deo. Neque item transitus concedatur ad Ordinem S. Benedicti antiquioris observationis , aut ad alias consimiles Congregationes , cujuscumque Ordinis fuerint. Elapso vero dicto quatuor mensium termino , nec benevolo Receptore invento , statim ad propriam Religionem redire teneantur , alias habeantur pro Apostatis recidivis , & subjectis eisdem penitentias contra Apostatas per Sacros Canones , & Constitutiones Apostolicas inflictis. Hortamus autem in Domino Ordinum Superiores habentes facultatem recipiendi ad Habitum , & Professionem , ut eos recipient , & post peractum probationis annum ad Professionem admittant : ad quem effectum Sanctissimi D. N. Papæ auctoritate ipsis necessarias omnes facultates impertimur.

Non obstantibus Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , necnon quarumcumque Religionum , seu Ordinum Mendicantium , vel non Mendicantium , Con-

5

gregationis , Societatis , & Instituti Statutis , Decretis , In-  
dultis quoque specialibus , ac privilegiis quantiscumque ,  
& qualibuscumque , etiam nominatim , ac de verbo ad  
verbum referendis , etiam concessis cum exclusione auc-  
toritatis Poenitentiariæ Apostolicæ , ceterisque contrariis qui-  
buscumque.

Ut autem presentes Literæ omnibus facilius innotescant , hortamur in Domino Venerabiles in Christo Patres ,  
Sedis Apostolicæ Nuntios , Patriarchas , Archiepiscopos ,  
Episcopos , aliosque Ecclesiarum Antiftites , & Locorum  
Ordinarios , ut illas quanticius publicari , & exequio-  
ni demandari faciant . Datum Romæ in Sacra Pœnitentia-  
ria Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi Millesi-  
mo septingentesimo quinquagesimo nono , die vero vige-  
sima octava Februarii , Pontificatus Sanctissimi in Christo  
Patris , & Domini Nostri Domini CLEMENTIS Divina  
Providentia Papæ XIII. Anno ejus primo . A. A. Card. Galli  
Major Pœnitentiarius . Franciscus Petrucciolus Sac. Pœniten-  
tiarius .

Concuerda con el original , que con Carta de nueve deste mes de la fecha nos ha  
remitido de Orden de su Santidad , el Illmo. y Rmo. Señor Arzobispo de Laodicea ,  
Nuncio Apostolico en estos Reynos , y Señorios de España , para los efectos que en la  
preinserta Constitucion Apostolica se contiene . Granada , veinte y siete de Abril de  
mil setecientos cincuenta y nueve .

El Marqués Guerra.  
Dean.

Lic. D. Rodrigo de Rojas  
y Davila.

Lic. D. Diego Merino  
y Zevallos.

Por Acuerdo del Illmo. Sr. Dean, y Cabildo:

Dest. D. Antonio Valdivia  
y Vazquez.  
Canonigo Segt.

4. *Thymus* *serpyllum* L. (Fig. 10). - A small, erect, glabrous annual, 1-2 dm. tall, with a few slender, branched, pubescent stems. The leaves are opposite, linear-lanceolate, acute, 1-2 cm. long, 2-3 mm. wide, with a few scattered hairs.

19. *Leucosia* *leucostoma* *leucostoma* *leucostoma*

1920-21